



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Praxis Beneficiariorvm D. Petri Rebvffi Montispessvlani
Ivrivm Doct. Ac Comitis, Ivrisqve Pontificii Ordinarii
Professoris Paris. & ibidem in supremo Senatu Causarum
Patroni**

**Rebuffi, Pierre
Coloniae, 1610**

De dispensatione cum corpore vitiatis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63686](https://nbn-resolving.de/urn/resolver.pl?urn=urn:nbn:de:hbz:466:1-63686)

ceptionis, sed si incursa fuerit inhabilitas ea causa, requiritur etiam rehabilitatis expressio in reabilitacione, & fructuum compositio, ut superius dictum fuit. Quod docet d. Probus. in d. cap. si de consti. post alios doct.

Quintus casus, si quis impetrat dispensationem super pluralitate beneficiorum, & non faciat mentionem, quod illi illicite detinuerit, & quod ius de perceperit fructus, non valebit dispensatio; per ea ad laures. ibi Panor. circa finem. der script. Inde Felim. in cap. postulati. infi. illib. iii. & docui in cap. licet episcopas. coll. limi. de probend. in 6. Scripti in ver. pro expressis. in forma inand. in concord. Ita nunc sufficiunt de expressione quae sunt notanda, quia per doct. non habentus ita scripta fuerunt.]

*Clausula
in rehabili-
tatione
ponend.*

68. Et insumma concludendum est im- petrationem factam ab ipso inhabili non valere, nisi prius sit rehabilitatus vel huius inhabilitatis mentio facta fuerit. doct. mecum iam dudum, de prob. & in rehabilitatio ne solet pon in si. bullæ clausula de stylo cu. Ro. talis, Volumus autem, quod antequam præfati iudices ad executionem præsentium procedant, ut dictum beneficium N. in eorum vel alterius eorum manibus realiter dimittere tenearis: & insuper ex nunc irritum decernimus, &c.

69. Atque potest pon clausula in signatu- râ, etiam in illo beneficio se forsitan intruderit, quae pro expresso habeatur & latissimè in bullâ pos sit exprimi, & cum opportuna dispensatione, absolutione, & re habilitatione, &c.

*Rehabili-
tans ad se-
culari. in
est habili-
ad regu-
laria.*

70. Et cum ista rehabilitatio velut odio sa sit interpretanda, factus habilis ad secularia, non erit factus ad regularia, nec econtrario, ideo requiritur expressio in re habilitatione, sicut docet Hier. Paul. i. praxi cu. Ro. ful. 43. ier. 4. quod habilitatus, &c. plus dicens, quod si fuerit habilitatus ad bene- ficium curatum seculare, & alia quæcunque, & qualia canque intelligetur de similibus seculariibus, per gl. in cl. id. de rescri. ideo regularia obtinere non poterit.

71. Iuno religiosus quando habilis fit in re habilitatione solet obtinere, ut habilis

fiat ad quodcunq; beneficium, sed non ad quæcunque, quia pluralis esse non debet. capitul. cum singula, de probend. lib. 6. sic statuit Alexand. 6. in titul. de sign. grat. tamen vidi multas religiosorum rehabilitaciones ad quæcunque & quoteunque beneficia factas.

Aliis modis quis efficitur inhabilis, videlicet per crimen heresios, simoniae, & alia crimina, quæ congregata tract. de pauci. poft. in 4. lumen. vbi dixi quosdam inhabiles non esse priuatos beneficiorum, quæ possident, sed esse quidem inhabiles ad recipiendum beneficia: ibidem videre potes, ne plura hic, quia etiam dicam in 3. parte de ammissione beneficiorum.

De dispensatione cum corpore vitiatis.

S Vperest, vt de corpore vitiatis agamus, quos vt plurimum, nefcio qua pietate videmus a parentibus Deo diligenti cari, necnon invititos in monasterium de trudi: quæ macula licet quo ad Deum existimatur, tamen eorum mens inspicitur, qui gibbosos, claudos, & alios maculatos offendunt, eos arbitror grauius sine peccare: nepe dicit Hiero indignū est dare Deo, quod dignatur homo. c. si. 49. dist. vt non immorit nos eodem sicut virtutis ab altaris ministerio repellat, nisi accidente dispensatione, de qua gl. in summa 55. dist.

2. Primum ergo notandum est, quod cor. Vt in pore vitiati & ad ordines, & ad beneficia corpora sunt inhabiles, & quod promoueri non ordinari possint prodigiis: tex. est in. quia in aliquo. benefi- si. dist. ibi, aut quia naturali defectu membrorum sunt in minus habere nos cunctur.

3. Sic nec beneficia tenere, quia ecclesiæ feruire non valent: c. fin. de rescri. lib. 6. glo. & doct. in ca. si. de verb. sign. idem Card. Alex. int. si. Apostolica. 55. dist. & c. si. 48. dist.

4. Vnde si quis gibbosus existat, vel alias deformis sit, is ordinari sine dispensatione prohibeat. cap. i. in fin. 49. distinctione, &c. i. 55. dist.

5. Itaque solet in his Papa post salutatio- ne.

nem sic dicere, Apostolice sedis circumscrip-
ta benignitas rigorem iuris mansuetudine temperans, &c. nonnunquam aliqua de gratia benignitas indulget quae facrorum canonum severitas interdicit exhibita, &c. probatur in cap. dispensationes. et quæst. 7.

Claudius
ordines
sumere:
posuit.

6 Claudus verò sine dispensatione promoueri potest de consuetudine, dum sublimere se valeat, maximè in Gallia, vbi plures sunt, teste Hostiensis in summa, decorpore vitatis. §. fin. quod etiam iure permititur. c. si quis. ss. dist. vbi sic scribitur. Si quis in infirmitate positus clericus Medicorum incisione claudus efficitur, promoueri ad sacros ordines eum non negamus.

Papa di-
spensanda
committit
maculam
episcopo
videndam
& formam.

Glossa
alii cor-
reverunt
reformi
reali.

Vetus
corporis
ordinis
beneficia
sunt inde-
bilia.

S. Iurium:
no generet
scandalum
populo di-
fonsatur.

Duplex
requiritur
dispensa-
tio in vi-
tatis & ad
ordinis, &
ab benefi-
cia.

Deformi-

7 Item non solet Papa cum his directè dispensare, sed scribit episcopo ut si sibi videatur dispense his ferè verbis, Manda- mus quatenus, si & postquam dictus N. coram te personaliter exhibuerit, oculum vel membrum ipsum diligenter inspicias: & si (super quo conscientiam tuam one- ramus) ex inspectione huiusmodi tanta deformitas in eodem oculo non appareat, quod ex hoc possit in populo scandalum generari, ac alii canonum nō obstant: cum cod. N. si secum per te super præmis- sis dispensare contingat, ut quæcunq; be- neficia, &c. recipere & quoad vixerit reti- nere, liberè & licite valeat, autoritate A- postolica tenore præsentium de speciali dono gratia dispensamus.

8 Et sic Papa mandat episcopo, ut videat maculam, & si scandalum non generet populo, quod conscientiae suæ Papa re- linquit, ut dispenset: qui si dispensauerit, Papa quodque dispensar cum illo, ut bene- ficia possit habere. Haec est summa istius dispensationis.

9 Etsic duplex est dispensatio, prima ad ordines, ut promoueri etiam ad sacros ordines posuit: secunda ad beneficia obtiné- da: quia postquam erit promotus, altari seruiet, ergo conueniens est ut de altari vi- uat: c. cum secundum de præb' etiam quando- que cum isto dispensatur, ut plura beneficia obtineat, &c.

10 Notandum est etiam, quod habens in

magnis membris deformitatem, ut manu ras res scâ- aridam, vel si membra decoris non habet, dali pro- vt pote nafum, quia talis hominibus est hibernitia scâdalo, promoueri prohibetur, c. 2. de cler. tum ordi- grot. ideo dispensatione opus est.

11 Idem si amiserit oculum, is enim qui Oculo ca-

caret oculo, sacerdotij officium adipisci rens nō est non potest. c. fin. 55. dist. nisi Papa super hoc apertus ad dispensauerit: & facilior est dispensatio, sacerdotum quando amiserit oculum dextrum, quâm si- nistrum: quia sinister vocatur oculus Euangeli, per quem facilius sine captiis reno- lutione sacerdos Euangelium legere po- terit, quonobrem non erit scandulum po- pulo, secus in oculo Euangeli, vt dicunt.

12 Siverò parua sit deformitas, que non Deformi- ordinibus, nec à beneficiis: vt si quis ma- xillam, vel oculum habeat paulo maiorem ordinari. altero, vel strabo sit, aut lippus, vel macula in oculo: quia is in redhibitione de iure ci- uili non est. L. qui claustrum. ff. de eccl. edict. & sic ab ordinibus non prohibetur. gl. in sum- ma. 53. dist. nec vt beneficia habeat.

13 Idem si sex habeat digitos, idem Offi- liu, ff. de eccl. edict. vel si digitum amiserit ca- non habens su, aut eius partem, non ideo prohibetur an possit ad promoueri. c. qui parvum & clavatum. 55. dist. nisi ordinis a- pollex digitus ei. et abscessus, vel index, spirare. tunc prohibetur ordinari, sed si tantum vnguialm pollicis amiserit, non ideo censem- tur inhabilis, dum alias ad transcedam Eu- charistiam sit in ipso pollice potens, c. fin. de corpore rit. vbi quoq; dicit gloss. aliquæ prohiberi, cum amitterit aliquem ex illis di- gitis, per quos sit signum crucis.

14 Considerans est etiā an illa magna Deformi- deformitas sit apparentis, aut latens: nam si tas latens apparet, & ob id afficerat scandalum, quod non prohibetur. ut iste Amo. in c. 2. de corpore rit.

15 Sive latens sit vitium, ut pote quia Castratus est castratus, non prohibetur promoueri. potest ordi- nes est opus dispensatione, nisi episcopi. nes sumere. c. signifcauit, eod. nec coleos fuos custodire re. tenetur, ut dicunt rustici, gloss. in capit. Eu- nuchus. 55. distinet. Gofred. in summas de corpore rit. vitiat. in fine.

16 Quod est verum, si per aliū castratus

fuerit, vel easu eos amiserit, c. ex parte, cum sequent eodem, secus si ipse se ipsum castra-
uerit quod rarum est: quia sui homicida
sit, tunc prohibetur promoueri, cap. si quis
absiderit. cap. qui partem, & per totum. ss.
dijimi. & qui promoueri prohibetur, in
consequens & beneficia obtinere: quia
beneficium datur propter officium, quod
iste exequi non potest. cap. fin. de re scriptis.
in 6.

Cautela
nota pro
imperan-
ribus bene-
ficia, re-
alia.

17 Aduertendum tamen est circa Rom.
curiae proxim, ut si quis existimet se inhabi-
bilem, vel collationem nullam, hoc non
debet ita manifeste dicere in signatura,
sed debet dicere, cum dilectus illius Titus
dubit. &c. Ideo petit secum dispensari,
&c. & cum dubitet collationem viribus
non subsistere, &c.

18 Alioqui si statim fateretur se inhabi-
bilem, aut collationem nullam, posset illa
confessio plurimum sibi detrimenti affer-
re: quia confessio nocet confitenti. cap. i. &
per totum, de confess. libr. 6. rbi est bona
gloss.

19 Super homicidio vero voluntario
Papa non dispensat, maximè quod ad alta-
ris ministerium, etiam in regulari: nisi in
loco in quo erit occultum homicidium,
sed non in loco, in quo est cominissum
propter scandalum: sed alibi celebrabit ad
congruam sui sustentationem: vt doct. not.
in c. & c. ad audiendam de homicid. & in foro
conscientiae facile dispensatur, imposta
tamen graui poenitentia: & quando ipse
homicida vellit religionem ingredi: vt sta-
tut. alex. 6. init. de dispens.

20 Siverò agatur de homicidio casuali,
Papa facilius dispensat quam super vo-
luntario, maximè si homicida dabat ope-
ram rei licite. c. dilectus, & seq. de homicid. &c.
Ioannes, cum aliis multis ibid.

21 In homicidio vero necessario, si quis
viam repellendo occiderit, & se defenden-
do: & tunc datur dispensatio facile, & cu-
m absolutione in foro conscientiae, ad caute-
lam, clem. in a. rbi doct. de homicid. & si factū
fuerit ex inevitabili necessitate, datur per
viam declarationis, secus si vitari homici-

dium poterat fugiendo glo. & doct. in c. sif.
cepimus de homicid.

22 Sed si homicidium quis commiserit Deho-
alium defendendo, etiam extraneum, cito in
cum teneretur proximum suum iuuare, miseri
vt fecit Moyles contra Egyptum, datur defendi
dispensatio ad cautelam, dummodo op-
pressus mortis periculum eundere alias
non valeret, & tunc etiam ad altaris mini-
sterium, & ad beneficia, ut ea retineat, sed
difficilius dispensatur, quando oppressus
potuisse mortis periculum eudere: alias
videnter facilia, ideo ea nunc omittam.

De dispensatione de non pro- mouendo.

A Lio nobis modo conseruat bene. Habet
ficium, videlicet per dispensationem parvo-
de non promouendo, quia parro-
chiale habens ecclesiam intra annum sicut
promoueri tenetur ad sacerdotium. c. licet promou-
cans, de elect. lib. 6. alioqui lapsu anno per-
dit illud ipso iure, nisi sibi prouideat per perditi-
hanc dispensationem, que interdum fa-
uore studii conceditur: vnde episcopus
gratia studiorum ad septennium dispen-
sat. c. cum ex eo, de elect. in 6. quia studium est
labor spiritualis. cle. ex iiii de paradiso. §. licet,
de verbis. hysistica. siquidem studemus ut
melius ecclesiæ deseruimus. Bald. in l. qui
sub praetextu. C. de sacrosanct. eccles.

2 Est tamen differentia inter huiusmo-
di Papæ & episcopi dispensationem: quia p[ri]o[rum] p[ri]o[rum]
Papa latius dispensat, videlicet ne tenea-
tur interim aliquem ex sacris ordinibus denunci-
promoueri, sed episcopus non alias, quam moventur
si scholasticus intra annum promotus fu-
erit saltem ad subdiaconatum, ne demum
ei liceat retrocedere. d. c. cum ex eo, & c. comp.
missa, de elect. in 6. scripsi plenius in scholastic.
privileg. 36.

3 Solet etiam ex aliis causis dispensatio
concedi, velut superioris dictum fuit in princi-
pio huius materie: verum ut haec materia
facilius intelligatur, huius dispensa-
tionis formam ob oculos
subiciebo.

Formula